



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio LXV. Ordinarii quam Jurisdictionem habent in Regulares, & num  
exemptio Regularium semper intelligatur ad terminos sacri Concilii  
Tridentini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

litis impedimento omnem culpam excludente. *Barbof. de Iur. Ecclesia univ.* 3. cap. 15. numero 193. *vers. nec quoties prae xiii.* & *praeise Rot. dec. 252. num. 1. seqq. par. 8. recent.*

Cetera aut incongrua, aut ex infirmatis sublata visa sunt Dominis, idcirco fuit, ut supra utraque, &c.

## DECISIO LXV.

Ordinarii quam Jurisdictionem habent in Regularibus, & num exemptio Regularium semper intelligatur ad terminos sacri Concilii Tridentini.

R. P. D. PIROVANO.

Oscen. Jurisdictionis.

Veneris 11. Februarii 1637.

## SUMMARIUM.

- 1 Contra Ordinarium cum habeat intentionem fundatam in iure super exercitio jurisdictionis in sua Diocesi, non est inhibendum, donec cognoscatur de iuribus pretenduntium exemptionem, aut praescriptionem num. 2.
- 2 Inhibitionem non est inibendum est.
- 3 In visitationis, & executionis piarum voluntatum materia, plura in iure sunt sancita.
- 4 Regulares Superiorum vigilanter relinquuntur.
- 5 Ordinarius circa jurisdictionem non assistit ius contra Regularibus, non procedit etiam si Ordinarius Sedis Apostolicae Delegati, num. 6.
- 6 Regulares Superiorum vigilanter relinquuntur.
- 7 Titulus vigore privilegii allegari potest.
- 8 In possessione sua, quis turbari non debet, dum cognoscatur de ejus relevatione.

- 9 Concilio Tridentino censetur derogatum, licet de Tridentino non sit facta mentio, stante derogatione Conciliorum.
- 10 Ordinarius, quando dicitur processisse sui pii operis executor in casibus à jure concessis.
- 11 Ordinarius tanquam Sedis Apostolicae Delegatus in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter

- utros sunt executores.
- 12 Ordinarius cessante negligentia non potest privare executores testamentarios suis facultatibus.
- 13 Appellatio de jure semper datur ad utrumque effectum, scilicet devolutivum & suspensivum.
- 14 Judex pro sua jurisdictione tuenda, & partium securitate debet inhibere partibus instantibus.

Patres Societatis prætendentes se esse gravatos ex processu, & sententia Ordinarii Ofsen. appellarunt, & causâ ad Rotam delatâ cum facultate inhibendi causâ cognitâ hodie fuit dubitatum, an esset inhibendum, & Domini affirmativè responderunt.

Nam etiâ veritas conclusio, & per Rotam sæpè recepta contra Ordinarios, nedum de jure communi habentes fundatam intentionem in exercitio eorum jurisdictionis. *C. conquerente de offic. Ordin. cap. cum persona de privileg. in 6. cap. cum venerabilis cap. de Xenodochus de relig. domib.* sed etiam ex decretorum Tridentini Concilii dispositione *cap. 8. sess. 21. cap. 8. sess. 22. cap. 20. sess. 25.* non esse inhibendum, donec cognoscatur de juribus prætendentium exemptionem, aut prescriptionem. *Caputiq. decif. 201. par. 2. Toletana jurisdictionis qua est 396. par. 1. & in eod. 493. par. 2. recent. & Theatina jurisdictionis 501. ead. par. 2. & 525. par. 3. recent.*

Actamen quia tam in materia visitationis, quam executionis piarum voluntatum utroque jure plurâ sancita fuerunt. *C. tua nobis. de testament. Clem. 1. eod. tit. Clem. 2. de relig. domib. & cap. 8. sess. 21. cap. 8. sess. 22.* Non semper & indistinctè regulâ inhiærendum est, sed videndum, quo jure Ordinarius processit contra Rectorem, & alios executores, vel tanquam operis pii executor, vel tanquam Visitator.

Si de hac postrema parte materiam visitationis tangente ageretur, & qui non est casus, nec Ordinarius seu ejus Vicarius extenore monitorii transmissi intendit visitare Collegium Patrum, quod regimen & regularem disciplinam, aut bonorum Ecclesiasticorum conservationem, tunc indistinctè esset inhibendum, quoniam jus non assitit Ordinariis contra Regulares, quinimò in decretis supradictis excipiuntur propter Regularem observantiam, quæ in eorum Monasteriis viget, quorum Superiorum vigilantia relinquitur, & de jure competit, etiam quod Ordinarius.

- Ordinarii sint Sedis Apostolicæ delegati. *Clem. 2. ubi gloss. in verb. alia & ibi Vltim*  
*in §. hoc igitur. n. 4. & seq. de statu Monach. & in Clement. quia contingit nu. 33. de re*  
*lig. domib. Quæ juris assistentia eò minùs Ordinariis deservire possit contra Privi-*  
 7 Societatis habentes privilegia Pauli III. Pii IV. & Gregorii XIII. cum clausu-  
 amplissimis exemptionis ab omni superioritate & visitatione quorumcumque Ord-  
 nariorum, cum susceptione sub protectione Sedis Apostolicæ, cum quibus possunt  
 allegare titulum, & à die data illorum observantiam, & dum cognoscitur detrac-  
 8 vantia, in suæ libertatis & exemptionis possessione turbari non possunt. *cap. cum pro-*  
*sona. in fine de privil. in 6. & comprobant Anchar. ibid. num. 12. Geminian. num. 1*  
*Franc. num. 2. hancque declarationem secuta est Rota decis. 491. num. 4. & 5. 684. con-*  
 2. *par. 1. 382. num. 5. par. 2. recent. Seraph. decis. 593. num. 3. & decis. 1279. in fine &*  
 fut. firmatum in Lauretana jurisdictionis 12. *Maji 1731. coram Reverend. Urgelensi*  
 & servari debet, cum privilegia Patrum post Concilium Tridentinum superve-  
 rint cum derogationibus Conciliorum, quæ sufficiunt etiam quod de Tridentino  
 9 in individuo mentio facta non fuerit, ut in causa *Sancti Angeli pensonis. 16. Oc-*  
*tembris 1594. coram Card. Hieronymo Pamphilo 179. num. 6. par. 2. recent. & in*  
*lerien. pensonis 20. Martii 1626. coram D. meo Decano.*  
 Rectius igitur existimantur Domini inspecto tenore Monitorii diei post-  
 10 dinarium, processisse uti pii operis executores in calibus à jure concessis, *causis*  
*de test. Clem. unica eod. tit. cap. quia contingit de relig. domib. ad quæ jura Concilium*  
 Trident. seremissit in *cap. 8. sess. 22. ibi Episcopi etiam, tanquam Sedis Apostolicæ*  
 11 *legati in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tamen ultima voluntatem*  
*quam inter vivos sint executores.*  
 Ceterum quia jura prædicta provident in casu negligentia, abusus, dissipatio-  
 nis, & dilapidationis bonorum, quidquid sit, an etiam in hoc secundo casu in  
 privilegia Societatis; attamen de negligentia Rectoris Collegii adhuc non cogitur  
 & eò minùs aliorum executorum, qui nominati fuerunt in testamento *Ludovici*  
 12 quos Ordinarius suis facultatibus privare non potest. *Bald. consil. 39. num. 2. de*  
*Castr. consil. 456. num. 1. lib. 2. Alex. consil. 106. num. 6. lib. 6. Merito cessante causa, si*  
 culpâ aliorum executorum jus in hac parte non assistit Ordinariis, ad sustinendam  
 inordinatum processum, & gravamen dissimulari non potest, propter quod de jure  
 13 semper datur appellatio ad utrumque effectum devolutivum & suspensivum. *C. non*  
*solum C. Romana §. si autem de appell. in 6. L. appellatione, C. eodem titu. & Judex*  
 14 pro sua jurisdictione tuenda, & partium securitate, ne aliquid innovetur, potest. &  
 debet inhibere partibus instantibus. *Lancellotti. de attent. cap. 4. ampl. 10. num. 2. &*  
*cap. 20. num. 7. & seqq. Menoch. consil. 35. num. 14. lib. 1.*

Et ita conclusum fuit.

Ad.